uel quorum per prophetam
dominus ieiunium detesta
tur. ex quorum persona
cum sibi obiciens conte
dixisset: quare ieiuna
uimus & non aspexisti.
humiliauimus animas
nostras & nescisti. Con
festim subiciens pro
didit causas cur non
mererentur audiri.
Ecce inquit in diebus
ieiuniorum inuenietur
uoluntas uestra & omnes
debitores uestros repe
titis. Ecce ad lites &
contentiones ieiuna
tis. & percutitis pugno
impie. Nolite ieiu
nare sicut usque in
hanc diem ut audia
tur in excelso clamor
uester. Numquid tale
est ieiunium quod elegi per
diem affligere homi
nem animam suam.
Numquid contorquere
quasi circulum caput

suum & saccum & cine
rem sternere. Num
quid istud uocaui ieiu
nium & diem accepta
bilem domino. Deinde
fest. docens quomodo
acceptabilis fiat con
tinentia ieiunantis.
Atque euidenter enun
tiat per se solum ieiunium
prodesse non posse
nisi haec quae subiciun
tur causas habuerit
consequentes. Nonne
hoc est inquiens ieiunium
quod elegi. Dissolue
colligationes impi
etatis. solue fasciculos
deprimentes. Di
mitte eos qui confrac
ti sunt liberos. & om
ne onus disrumpe.
Frange esurienti pa
nem tuum. & egenos ua
gosque induc in do
mum tuam. Cum uideris
nudum operi eum. & car
nem tuam ne despexeris.

Lizenz: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 575, p. 55 – Johannes Cassianus, Collationes patrum XVII-XXIV (http://www.e-codices.ch/de/csg/0575/55)